

Magnificávit Dóminus fá-
cere nobíscum : * facti su-
mus lætántes.


Convérte Dómine capti-
vitátem nostram, * sicut tor-
rens in austro.

Qui séminant in lácri-

mis, * in exsultatióne me-
tent.

Eúntes ibant et flebant, *
mitténtes sémina sua.


Veniéntes autem vénient
cum exsultatióne, * portán-
tes manípulos suos.




Ant. FACTI sumus sicut conso-lá-ti.

Cetera fiant ut Feria secunda.

FERIA QUARTA.

Ant. 
viiij.
toni.

BE-ATUS vir. Ps. 126. Ni-si Dóminus ædi-ficáverit



domum, * in vanum laboravérunt qui ædi-ficant e-am.

Nisi Dóminus custodié-
rit civitátem, * frustra vígi-
lat qui custódit eam.


Vanum est vobis ante
lucem súrgere : * súrgite
postquam sedéritis, qui man-
ducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis
somnum : * ecce heréditas

Dómini filii : merces, fru-
ctus ventris.

Sicut sagíttæ in manu po-
téntis : * ita filii excussó-
rum.

Beátus vir qui implévit
desidérium suum ex ipsis : *
non confundétur cum loqué-
tur inimícis suis in porta.



Ant. BE-ATUS vir, qui implévit de-sidé-ri-um su-um.